



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

Resolutio quoru[n]da[m] dubiorum de famæ restitutione cap. 70.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

peccatum coram iudice, quod ab  
alio vere, ac iuridicè illi tribuitur  
& tuncsi iutidice conuictus fu-  
veritatem fateri tenebitur, & fa-  
mam accusatori restituere, si ver-  
defecit accusans in probatione  
non erit necessarium famam re-  
stituere i iquo accusatori, peccau-  
tamen verum negando. Qua-  
to, Manifestando alterius crimi-  
indi rectè, seu imperfecte: vi  
quis dicat se ab alio illud audiu-  
se, & sic quamuis Scotus & C.  
iet. dicant non auferri famam, op-  
timum tamen est Soti consilium  
ut eo modo restituatur, quoab-  
lisse creditur.

*Resolutio quorundam dubiori  
de famæ restitutione. Ca. 70.*

**T**enenetur quis etiam cū pro-  
priæ famæ detrimento ali-  
enam iniustè ablatam re-  
stituere, & aliquando cum maiori

quo damno, quam sit alterius famæ  
amissio: dummodo qui abstulit  
non sit vir illustris: nam hic alte-  
rius illi multo inferioris etiam eo  
intuito famam pecunia resarcire  
potest. At si infamatus vitæ peri-  
culum subeat, is qui abstulit, eo-  
dem periculo restituere tenetur:  
secusverò quando alter solum pa-  
titur damnum in fama, aut bonis  
externis, nisi infamia illa valde  
notabilis esset. Quando autē duo  
se iuuicem infamarunt, ut milites  
& mulierculæ consueuerunt, si æ-  
qualis sit infamia, quamuis vter-  
que peccauerit, nulla est obligatio  
restitutionis, altero tamen red-  
dente, & illi alter pariter restituere  
tenebitur.

